


W
7725

III, 16.

216.

III, 16.



DE
S V M M I S
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
MERITIS
P R O G R A M M A . I

Q V O . A D

NATALFM AVSPICATISSIMUM
SERENISSIMI PRINCIPIS. AC. DOMINI
D O M I N I
F R I D E R I C I . I I I
DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFIL. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPALI
DIGNITATE. COMITIS. HENNEBERGICL. COMITIS. MARCHIAE
ET. RAVENSPERCAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII
ET. TONNAE

PRINCIPIS. ET. DOMINI
NOSTRI LONGE. CLEMENTISSIMI
PATRIS. PATRIAE. MERITORUM
GLORIA. OPTIMI

IN. D. VII. KALEND. MAI. 16 LCC
INCIDENTEM

AUDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III.
IN. ILLVSTRI. GYMNASIO. FRIDERICIANO.

CVM. SVMMA. PIETATIS. ET. LAETITIAE. TESTIFICATIONE
FESTVM. AGENDVM

ET. SIMVL

AD. QVINQUE. LECTISSIMOS. VIRTUTVMQVE. LAUDIBVS. ORNATISSIMOS
ATQVE. INTER. HOS

TRES. GENEROSISSIMOS. IVVENES. VERAM. SVAM
NOBILITATEM. IN. VIRTUTE. ET. SCIENTIA. PONENTES
INDVLGENTER. ET. BENEVOLE
AUDIENDOS

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI
AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES. CVRATORES
PATRONI. ET. FAVTORES

REL. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAE
PIE. OFFICIOSEQVE
INVITANTVR

M. IOANNE. GOTTFRIDO MOERLINO
ILL. GYMNASI. FRIDERICIANI. DIRECTORE

ALTENBURGL. LITTERIS. RICHTERIANIS

RENAISSANCE GENTLE ERNESTINE



immortalia SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE in rem
nostram scholasticam merita, inde ab initio repurgatae rei sacrae re-
petita, celebratur, non possum, quin singularem prouidentiae diui-
nacem, omnia ad fines immensae sapientiae et bonitatis congruos dirigen-
tis excellentiam admirer, quae vel iniuita malorum machinatoribus, pessima que-
que eorum consilia ita nouit inuertere, vt non tantum ausi isti suis excidant,
sed ea quoque, quae reprimere conulantur, ipsi promoeant. Quemadmodum
enim, cum gratia nundinationum indignitate permotus Lutherus, magno animo sefe-
re religioni pontificiae, Gallorum isti philosophiae, quam auaram et foeneratoriam dicit
Valerius (4), non absimili, oppofuisset, monachi autem Vatiniano quadam in do-
ctos folteresque illius fculi viros inflammati odio, horum reformatorumque cona-
tus in viam copulam coniecerint, dupli victoria potius; imperata studiorum
consiliorumque confessione vtroque ad eandem rem agendam compulerunt, falu-
berrimumque opus molientibus incitamento potius, quam impedimento fuerunt
doctis praefectis hominibus interpretationi facri codicis apta et necessaria submi-
nistrantibus: Ita etiam, reuocata iam ex tenebris luce veritatis, vt de maxima hac
caelestia meditantium felicitate posteris caueretur, scholarum, quae ex eo tem-
pore et plures et meliores exfuerint, constitutendarum, nihil tale cogitantes
Principibus impulsores euafuerint autoritatibus pontificias acerrimi propugnatores.

Præterea scholas, ante annum cœlo 10 XXI, quo Altenburgensi etiam ciuitatibus affulsiſt, apertas, quas bene multæ fuisse scribit Sagittarius (b): durum tantum il-
larum facturis mentionem, quae ex tempore per diuersos annos viginti memorantur, Nicolaitanae et Bartholomaeanae, vel si magis placet, Martinianæ: de Ni-
colaitana non est dubium, quin ea ad annum cœlo 10 XXIX referit, quo, accepto
octodecim nouarum sexagenarum pretio, cui permisla est, fidem hujus rei facientibus iis quas Ludouici (c) historia gymnasiorum scholiarumque tradit: sed de Bartholomaeana ampliandi signum N. L. dare cogor, ambigens quippe, haec inter duas illas, quae post reformationis statim initia purioris doctrinae præceptis perfonuerunt, fuerit? an Martiniana? Illam tueri videntur haec Ludouici (d) verba: Bartholomaeana nominatum, ob antiquitatem primum merito occupans locum, ab aede D. Bartholomaci, quam ea parte, qua ad austrum vergit, habuit vicinam, nomen fortissima et nutritissima naclæ magistrorum oppidanum: et qui teneram hoc in ludo pueris formarunt, rectior et baccalauei officio personæ fertur, que ad Kal. Febr. A. C. 1529, nam tunc, hac reliqua, in monasterio Franciscanorum noua coepit schola. Ultimum moderatorem habuit M. Diiodorus Reijmannum: in hanc eiusdem Ludouici (e) historie me ducit his verbis: Als der harmerzige Gott das dicke, des heiligen Euangeliß durch den treuen dienst des H. D. Martini Lusperi anno 1521, in dieser stadt aus dem sinfern Pabstthum wider berfür gebracht, sind a. Schulen, als, eine unter dem schloſſe bey der Kirche S. Martini, die andere auf alia Nicolaï kirchhofe, aufgerichtet worden, in dero zeitglichen des tages 2. oder 3. funden ein münch gelebret. Verum esse desierunt istae, quare diutius illis immorari tanto minus iam vacat, quanto praefanciis meitorum SERENISSIMÆ. DOMVS. REGNATRICIS in rem nostram scholasticam monumentum exfat Gymnasium Fridericianum.

Hebuerant illud antea Franciscani ordinis homines lucifugi, ut Rutilii (S) verbius war



Qui sese monachos Graio cognomine dicunt.

Quod soli nullo viuere teste volunt.

卷之三

- (e) VALERIUS, MAXIMVS L. II. C. VII. f. n.
 (e) PAVL. MART. SAGITTARIVS in Diffr. de scholis publicis Altenburgensis.
 (e) GODOFR. LVBOVICI Hill. gymnasiorum scholasticorum celestiorum P. III. p. 152. et 159. f.
 (d) IDEM I. c. p. 152. f.
 (e) IDEM I. c. p. 119.
 (f) EUTILIUS NYMATIANVS Ritter. Bk. IV. v. 44.

Senatus donauit PRINCEPS. S. R. I. SEPTEMVIR immortali in vera religione constantiae gloria dignissimus IOANNES anno c150 XXVII (g) non autem c150 XXIX, quem designat Vulpius (b), solus fere, sed vix fatis ruto nominandus rerum Altenburgenium descriptor, et eo quidem confilio donauit PRINCEPS, quem iure optimo OPTIMUM ET. CHRISTIANISSIMUM PRINCIPEM Lutherus (i) dixit, ut purioris doctrinae, artuum virtutumque officina esset. Praeterquam enim, quod ipse DEI erat amantissimus, voluntatis que eius obseruantissimus et impensarum in rem sacram faciendarum minime parvus: superiori anno etiam a Luthero litteras accepit supplices (k), quibus vir egregie cordatus et pius scriperat: Weil aber von allen, sonderlich der Obrigkeit geboten ist, für alle Dingen doch die arme Jugend, so taeglich geboren wird und daher wachsen, zu ziehen und zur gottesfürcht und zucht zu halten, mus man schulen und pfarrkerr haben. Wollen die alten ja nicht, - - - aber wo die jugend verflümt und unverzogen bleibt, da ist die schul der obrigkeit, und wird dazu das land voll wilder sojer, leute, dass nicht allein Gottes gebot, sondern auch unsrer aller noth zwinge, bierin fleiss zu zwingen. Nu aber in E. C. F. Gn. Fürstenthum pflichtlich und geistlicher zwang und ordnung aus ist, und alle klecker und fliss E. C. F. Gn. als dem obersten haupt in die haende fallen, kommen zugleich mit auch die pflicht und befördere solches ding zu erledigen, denn sich sonst niemand annimmt, noch annehmen kann, noch soll . . . Wo eine stadt oder dorff ist, die der vermögens sind, bat E. C. F. Gn. macht sie zu zwingen, dass sie schulen, predigkölle, pfaffen halten, wollen sie es nicht, zu ihrer seeligkeit thun noch bedenken, so ist E. C. F. Gn. da, als oberster zwangsmeister jugend und aller, die er bedürfen, und soll sie mit Gewalt dazu halten, dass sie er-thun müssen, gleich als wenn man sie mit gewalt zwingt, dass sie zur brücke, weg und weg, oder sonst zusätziger landnot, geben und dienen müssen, quae quam ad incrementum rei sacrae et litterariae efficacia fuerint verba, euentu cogitum est perspectumque, ipsa etiam nostro gymnaio teste.

Inuitos quidem veteres hinc colonos migratiue admodum probabile est ex iis, quae in visitatione, anno c150 XXVIII haberi coepit, in quam sumitus ipse IOANNES liberaliter impedit, acciderunt: cum enim optimi viri, quibus id negotii datum erat, in mandatis haberent, numerum verbi ministrorum et in scholis magistrorum, vbi necessitas exigenter, augerent, redditus vacuorum munerum ecclesiasticorum, beneficiorum, conobiorum describerent, annua inde facerdotibus et praecitoribus sularia constituerent, et peractis his, utrosque certae docendi formulae viuendi normas adstringerent: Senatus Altenburgensis imprimit de insolentia Guardiani Franciscani, conquerebatur, qui in pagos excurrens, veteri inhaereret superstitione et Episcopi Numburgensis mandatis superberet: *Eo perunuisse rem, ut Evangelio per septenium praedicato, vix decem ex incolis supererent, qui Papatus auerente, eos qui valde importunos esse atque obstinatos, cuius rei gesta virum natalibus, doctrina meritissimum, Perilluarem Seckendorfum (l) et Schlegelium (m) testes habemus locupletissimos. Sed vix PRINCIPIS. OPTIMI ET. CHRISTIANISSIMI JOANNIS constantia, Franciscanorum conobio ipsis Kal. Februarii c150 XXIX Deo et spci patriae consecrato, stetique inde res nostra scholastica diuinis auspiciis vitra cxx annos, nullo vnuquam tempore in se deficiendum SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE meritorum sibi conscientia. Fauxit DEVS, ut perpetuo fulvis PRINCIPIBVS. OPTIMIS, saluaque re sacra, ciuili et litteraria, sua gaudeat felicitate!*

(g) LUDOVICUS c. p. 154.

(b) IO. VULPIVS in Altenburgi p. 15.

(i) In epistola ad amicos quoddam, quae sit in Tomo secundo epistolatum a IO. AVRIFAERO collectarum, f. 258.

(k) conf. LUTHERI Op. Altenb. excusorum T. III. p. 319.

(l) PERILLUSTR. VITVS. LUDOVICVS SECKENDORF in His. Lippmanniana p. 114.

(m) CHRISTIANVS. SCHLEGELIVS in His. vita Georgii Spalatin p. 106.

Indignissimi tot tantisque futuri effemini beneficis, nisi hoc praefertim die, qui
natalis est SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI
FRIDERICI III. DVCIS SAXONIAE, IVLIACL CLIVIAE
MONTIVM, ANGRIAET, WESTPHALIAE, LANDGRAFII
THVRINGIAE, MARCHIONIS, MISNIAE, PRINCIPALL DIGNI
TATE, COMITIS, HENNEBERGAE, COMITIS, MARCHIAE, ET
RAVENSBERGAE, DYNASTAE, RAVENSTEINII, ET, TON
NAE, PRINCIPIS, AC, DOMINI, NOSTRI, LONGE, CLEMEN
TISSIMI deoifimae in DEVMO, O, M, et PATREM, PATRIAET,
OPTIMVM pietatis publicum aliquod in hac ipsa sapientiae officina, quam mu
nificent SERENISSIMI JOANNIS, ELECTORIS missis adsignauit,
SERENISSIMORVM, SVCCESORVM indulgentia conferuauit, daremus
documentum. Haec reputantes quinque lectissimi et ornatis, et ex his tres genero
filiis sanguine dignos spiritus gerentes iuuenes, sibi partes dicendi sumferunt, DEO
gratias acturi, hoc die nato SERENISSIMO, PATRI, PATRIAET gratula
turi, laudes trium summorum in religionem euangelicam meritis praefulgentium ELE
CTORVM celebraturi, simulque progressuum, quos in artium singularumque stu
dij fecerunt, specimina edituri. Hos igitur vt VOS, EXCELLENTISSIMI
SPLENDIDISSIMI, ATQVE AMPLISSIMI, AVLAE, ET, VREBIS
PROCERES, MAECENATES, MAXIMI, CVRATORES, GYMNASII
GRAVISSIMI, PATRONI, ET, FAVTORES, OMNIVM, ORDINV M
HONORATISSIMI, EXOPTATISSIMI, CRAS, D, V, AVDITA
POST, MERIDIEM, HORA, III, vestra in maiori illufris inducione nostri
auditorio maxime honorifica praefentia dignari et, vestrum illud solemne seruantes,
indulgenter et beneuole audire velitis, demisse deuterque rogo.

FRIDERICVS, AUGUSTVS, DE, POELLNIZ, *eques*
Mijnicus, illustrem FRIDERICI, tertii inter SERENIS
SIMOS Saxonie ELECTORES auspicio hoc nomine
insignis, circa reformationis initia sapientiam iustis laudi
bus prosecuturus, elegantem orationem gallicanam conscriptis,
meritissimum haud dubie plausum latrus, nisi diuinae placu
miser voluntati, quam pie veneratur, graui morbo implicito
fructum laudis in aliud tempus decerpendum referuare. Hu
ius igitur loco orationem splendidissimo confessu dignam re
citabit CAROLVS, CHRISTIANVS, FRIDERICVS
DE, SCHOTT, *eques Franconicus*.

LVDOVICVS, CAROLVS, DE, POELLNIZ *eques Mij
nicus*, miram IOANNIS, ELECTORIS, SERENISSI
MI in promouenda religione euangelica constantiam pre
dicabat oratione vernacula.

FRIDERICVS, HENRICVS, ERNESTVS, DE, SECKEN
DORFF, *eques Franconicus*, inustratam SERENISSIMI
ELECTORIS, IOANNIS, FRIDERICI in tuenda
veritate euangelica animi magnitudinem mirabitur *oratione*
latina.

FRIDERICVS, ERNESTVS, HERTELIVS *Rostiens*,
nullum sancto Principe praestabilius DEI munus subiectis
posse obtinere, demonfrabit *oratione graca*.
IOANNES, GOTTLIEB, FVNCCIVS *Thonhsan*, Iu
dos litterarios gloriae boni Principis testes classicos produ
cet oda *teutonica*.

Wf 1725. 40

VD 78



3

DE
S V M M I S
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
MERITIS

P R O G R A M M A . I

Q V O . A D

NATALFM. AVSPICATISSIMUM
SERENISSIMI PRINCIPIS. AC. DOMINI
D O M I N I
F R I D E R I C I . I I I
D V C I S . S A X O N I A E

IULIAE. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFIL. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPALI
DIGNITATE. COMITIS. HENNEBERGICL. COMITIS. MARCHIAE
SPERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII
ET. TONNAE

P I S . E T . D O M I N I
LONGE. CLEMENTISSIMI
A T R I A E . M E R I T O R U M
GLORIA. OPTIMI

VII. KALEND. MAIL. L L C L
INCIDENTEM
POST. MERIDIEM. HORA. III.
RI. GYMNASIO. FRIDERICIANO
ATIS. ET. LAETITIAE. TESTIFICATIONE
FESTVM. AGENDVM
ET SIMVL
IMOS. VIRTUTVMQVE. LAUDIBVS. ORNATISSIMOS
ATQVE. INTER. HOS
ISSIMOS. IVVENES. VERAM. SVAM
N. VIRTUTE. ET. SCIENTIA. PONENTES
ULGENTER. ET. BENEVOLE
AVDIENDOS

EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI
ATQVE. VRBIS. PROCERES
T E S . C V R A T O R E S
ONI. ET. FAVTORES
BURGENSIVM. SCHOLASTICAE
PIE. OFFICIOSEQVE
INVITANTVR

GOTTFRIDO MOERLINO
MINASII. FRIDERICIANI. DIRECTORE

R G I. LITTERIS. RICHTERIANIS

